



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

D. Hieronymvs Cornelio Schvltingio Gratias agit pro concinnata Confessione  
Hieronymiana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

EN. D. HIRONYMVS CORNE.

LIO SCHVLTINGIO GRATIAS

agit pro concinnata Confessione

Hieronymiana.

**C**ornelianus est honos: CORNELIAE

Ceu filius Latinam adornas gloriam,

Et eruditionem abhinc propagnas

In posteros, & posterorum posteros.

Manum mihi admoliris & scriptis meis,

Probavit euentus tuum factum optime:

CONFSSIONIS alta stabit gloria.

Hoc maius admiratione qualibet

Isthinc habes, quod omnia mea congeris,

Scopum qua eundem finem eundem qua appetunt,

Vnum in locum, vt n. hil supra atq; infra nihil

Restet, relatu prosequi quod debeas.

Annis meis errantium qua monstra erant

In caelites, & in Deum ipsum iniuria,

Heu denuò post fata publicum vident,

Et prodeunt rursum huc abuq; Tartaro.

Pharetra seruit hic mea, & iacula mea:

Stridonio petantur ergo fulmine,

In profluentis alueum Danubij

Mei, n. fanda mergantur capita precor:

Redundet illis Ister ille, corporum

Vorax & impleat profundos gurgites.

In hos meam sententiam hanc intorqueat

Opto Deus Deiq; Iudices vice,

ARMA



Armauit, erge, te tua hac industria:  
Mens, tuusq; feruor impios coquit.  
Restat meorum quicquid hoc voluminum,  
Sacrum vi penum, in millena diuidis loca,  
Et partibus figis, locasq; congruis.  
Enucleata scripta mea sic germinant  
In auiterna seculorum tempora,  
Et hostium rodent inanes chartulas  
Ignobiles, vt alitis, pennas, Iouis  
Vicina pluma deuorat, nec sustinet.  
Quos mutua nunc factiones atterunt,  
Facile meorum amor, meus labor premet,  
Et ira numinis flagrans cupidine,  
Qua fortitudinis velut eos est sacra.

Grates refero: laboris arbiter Deus  
Bonis, precor, remuneret caelestibus.  
Musas cole has sacras, & illices boni.  
Sit virium hoc onus, sit virium hic modus.  
Vox maior ista Buccinis est omnibus:  
SCHULTINGIVS CONFSSIONEM protulit  
BETHLEMICI INCOLAE, ET SENIS STRIDONII

D. HIE